

tura : *Sponsam accipere sponsum*; et iura post initium verbi contractum solemniter, *rei cuius possessionem, aut hereditatem adire, quod nisi per solemnem traditionem, et nuptiarum celebrationem non fiebat*. Hanc consuetudinem, quoniam diversa est ab ea, quam in usu fuisse Iudaeis dixerunt Patres pro superiori sententia citati, nullis Scripturae sanctae testimoniis, et exemplis confirmabimus. Primam ex (*Gen. 19. ver. 8*). Dixit Loth: *Habeo duas filias, quae necdum cognoverunt virum, educam eas ad vos: et (vers. 14). Egressus itaque Loth, loquutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius: et dixit: Surgite, egreimini de loco isto, etc. curvae esset mane, cogebant eum Angeli dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, et duas filias quas habes, et apprehenderunt manum eius, et manum uxoris, et duarum filiarum eius, etc. educaveruntque eum: ex hoc loco constat, duas filias Loth iam desponsatas fuisse duobus illis generis, ut etiam advertit Ambrosius (*1. A. de Abra. c. 6*) maritus vocans; et Chrysost. (*hom. 43. in Gen.*), qui inde morem illum colligit, et tamen extra domum habitasse, usque ad acceptance; siquidem egressus est de domo, ut eos moneret de fuga, et nec nocte, nec mane domi erant: insuper et virgines erant filiae, et generos vocat, qui accepturi erant filias suas; hoc est, solemniter per nuptias in possessionem earum venturi, ut eis iam tamquam uxoris uterentur. Secundo (*Gen. 24*) Rebecca, sponsa iam facta, ducta est ad Isaac, qui introduxit eam in tabernaculum Sarae matris suae, et accepit eam uxorem: hoc est solemniter nuptias celebravit, et possessionem eius accepit usu matrimoniali. Tertio (*Gen. 29*) desponsata est Rachel Jacob pro servitute septem annorum, quibus finitis, ait: *Da mihi uxorem meam, quia iam tempus impletum est, ut ingrediatur ad illum*; qui, Laban, vocalis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias; et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum; et infra (*ibid.*): *Imple hebdomadam dierum huius copulae, et hanc quoque dabo tibi pro opere, quo serviturus es mihi septem annis aliis; acquievit placito, et hebdomada transacta, Rachel duxit uxorem*: en usque ad nuptias nec datam sponsam a patre sponso, nec acceptam unde usque ad nuptias non fiebant extra parentum potestatem, nec sponsis permittebantur. Quod autem asserit de hebdomada copulae, hoc est, ut ait Augustinus, et Eucherius (*quaestio. in Genesim*), consuetudinem fuisse Iudaeis, septem diebus nuptias celebrare, ut constat ex Samsonis nuptiis (*Judic. 14*); sic enim invenes facere consueverant. Quarto (*Genes. 38. 2*): *Et accepta uxore ingressus est ad eam: ergo aliud erit accipere per solemnitatem, a congressu. Quinto (Deut. 20. 7) dicitur: Quis est homo, qui despondit uxorem, et non accipit eam? vadit, et reverterat in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo accipiat eam. August. (quaestio. in Deuter. g. 31.) accipit, duxit uxorem, declarat: et Iosephus (*lib. 4. antiq. cap. 8*) praeter hos, inquit, qui desponsata uxore, nondum eam domum duxerunt, ne harum rerum desiderio, sibi parentes sercassent se relictis voluptatibus in gra-**

tia uxorum, parum fortiter rem gerant. Philo (*lib. de fort.*): *Edicatur enim, ait, ut si quis adificaverit domum, necdum immigravit in eam, sive plantaverit novellam vineam opera sua, necdum advenit tempus vindemiae; sive sponsam habeat virginem, necdum celebravit nuptias, abtineat a militia. Sexto (Deut. 22. et 23): Si puellam virginem desponderit vir, incenerit eam aliquis in civitate, et concubaverit cum ea, etc. lapidibus obruetur; etc. vir, qui humiliter uxorem proximi sui violaverit; non quae iam uxorem proximi sui violaverit; ut resertur 23. q. 2. cap. qui desponsatam: Et illud ait in Deuteronomio: Si quis cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro, vel in quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia uxorem proximi sui violaverit; non quae iam uxorem erat, sed quae a parentibus uxore fieri debet: ex quo colligitur, sponsas sub cura parentum fuisse, a quibus uxores fieri debebant; hoc est usque ad nuptias, non sub cura sponsorum. Quod explanat Philo (*lib. de spec. leg.*): *Si quis, inquit, post epulum nuptiale cum puella, non maritali affectu, sed tamquam cum meretrice, libidinis causa congressus carnalis, vertat se ad ocula criminata, dicendo, a se deprehensam non virginem, rogetur universos senatus, et ad sint etiam accusatae parentes, communem causam acturi: in tali enim causa, sine controversia, quando de castitate corporis queritur, non imminet periculum soli filiae, sed etiam eius curatoribus, non modo, quia usque ad suum tempus non custodierunt natae pudicitiam, verum quia citiatam ab alio desponderunt pro virgine: ecce ad parentes, tutoresque spectabat, usque ad nuptias, etiam desponsatae puellae virginitatem custodire, non ad sponso. Septimo (Judic. 14) Samson despondit sibi Philisthaem, et post aliquod tempus venit pater eius, et fecit filio suo Samsoni convivium; sic enim invenes facere consueverant, et omnes convocavit ad nuptias celebrandas per septem dies, hoc est illud: *Quam, quae, ut mihi accipiat uxorem: et hanc mihi accipite: et usque ad acceptance non habitabit cum ea, quo usque iratus remisso mulieri nuncio, res suas sibi habere iussit, ac ita dimisit eam; ut constat etiam ex Iosepho (*lib. 8. Antiquit. cap. 10*). Octavo (Tob. 6. 18) dixit angelus Tobiae: Tu autem, cum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea. Tobias autem despondit sibi Saram (Tob. 7), et post desponsationem, celebratis solemniter nuptiis, accepit eam, et statim secum duxit in domum patris sui. Nono (1. Machab. cap. 9) habetur: *Post haec renunciatum est Ionathae, et Simoni fratri eius, quia filii Ambri faciunt nuptias magnas, et ducunt sponsam ex Madaba filiam unius de magnis principibus Chanaan etc. et ecce tumultus, et apparatus multus, et sponsus processit, et amici eius, et fratres eius obiciam illis cum tympanis, et musicis, et armis multis: quam historiam Ioseph (*lib. 13. Antiquit. c. 1*) sic refert: Eodem tempore nunciatum est Ionathae, et Simoni fratribus, quod Anareti filii celebraturi essent nuptias, et adducturi sponsam ab oppido Galathae, filiam illustris cuiusdam inter Arabas, eamque puellam introducendam cum pompa sum-****

dem Virginis, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### HOMILIA III. HISTORICA

In qua de patria divi Iosephi, parentibus, genere, nomine, statu, moribus, singularique martyrii genere, felici morte, gloriosa resurrectione, necnon erga pios suos cultores sollicita cura, et protectione, brevi sermonis eloquio describitur.

Consueverunt non semel divina eloquia vitam, et mores alicuius viri de Scriptura, et eius patria tractationem exordiri; unde de Tobia aiant, Ioseph ex civitate Nephthali; et de patristissimo Iube, ex terra Hus; ac simili modo de aliis innumeris. Hunc eundem nos morem sectantes, de vita, et moribus sanctissimi Iosephi acturi, ab eius patria narrationem auspiciabimur. Scio, non paucos existimasse, patriam illius fuisse Bethlehem, propter testimonium Iustini martyris, qui in eloquio cum Triphone Iudaeo de Ioseph agens, ait, illum a Nazareth, ubi domicilium habebat, ascendisse in Bethlehem veterem patriam, ut nomen proficeret. Verum hoc fundamentum futile est, quia Iustinus martyr non appellat Bethlehem antiquam Iosephi patriam, quia ex ea fuisset oriundus, sed solum, quia maiores eius inde erant, quos, ibidem ait Iustinus, esse ex tribu Iuda, cuius tribus illud Bethlehemiticum oppidum fuisse testatur. Communem ergo Patrum sententiam amplectentes, asserimus, Iosephi patriam fuisse civitatem Nazareth in provincia Galilaeae, quae est regio terrae Palaestinarum, et clauditur ab ortu Syria, ab occasu Phoenicia, a septentrione Libano monte, et Tyronum finibus, et a meridie Samaria per lineam ductam a Ptolemydis territorio in Seythopolim. Est autem regio fertilis, et intermedio monte, amplissimos habet campos: unde de illa, et de gentium in ea habitantium natura, et indole dixit Ioseph (*lib. 3. de bello Iud.*): *Sunt pugnae ab infantia Galitae, et omni tempore plurimi, neque aut formido unquam viros, aut penuria regiones illas occupavit, quoniam totae optimate, et fertiles sunt. Porro hanc Galilaeam multi duplicem fuisse affirmant, superiorem, et inferiorem: superior a fontibus Iordanis in Gennesareticum lacum descendit, terram Zabulon, et Nephtholim complectens, sicut Matthaeus evangelista ex prophetae Isaiae auctoritate comprobat, sic dicens (Matth. 2): *Secessit, de Christo loquitur, in Galilaeam, et relieta civitate Nazareth venit, et habitavit in Capharnaum in finibus Zabulon, et Nephthali, ut adimpleretur, quod dictum est per Iseaiam prophetam: Terra Zabulon, et terra Nephtholim, via maris trans Iordanem Galilaeae gentium. Per hanc est via publica ab Assyriis in Tyrum ad mare mediterraneum. Cognominatur autem haec a propheta, Galilaeae gentium, quia non modica eius pars donata fuit a Salomone Hyram regi Tyri. Inferior reliqua**

pluviosa, et splendida; ut vero in conspectum venit sponsus cum virgine, et amator comitatu, ut fieri solet in nuptiis, coorti ex insidiis omnes ad unum interfecerunt: ecce morem deducendi sponsam in domum sponsi, et exundi illi obviam; quem Christus in illa parabola (*Matth. 25*) repetivit, tamquam sum communem frequentem; cum decem virgines, quae comitabantur sponsam, exierunt cum lampadibus obviam sponso, cum quo intraverunt ad nuptias, quae consuevit etiam Gentilibus frequens fuit, ut constat ex Statio in epithalamio Stellaee, et Violantillae, et multis aliis, quae adducit Neapolitanus Alexander (*lib. 2. Gentilium dier.*) et super cum Tiraquellus. Ex quibus omnibus certo certius colligitur, eam fuisse Hebraeis consuetudinem, ut ante nuptias sponsa non traderetur sponso, nec ad custodiam; hoc enim vel parentum erat munus, vel tutorem; in nuptiis vero tradi solitam, et inde deduci in sponsi domum: et hoc significavit angelus (*Matth. 1*) cum Iosepho dixit: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Decimo: quoniam aliqui ex Patribus putant, Virginem quidem habitasse in domo parentum suorum, Iosephum autem in separata domo, vel cognatorum, vel conducta. Sic Eusebius (*1. E. myssenus (ser. in vig. Nativ.)*, et Anselmus (*1. 1. c. 1. Matth.*); unde frequenter sponsam visitatione una cum parentibus custodiret; addidit probare Castrensis (*in vit. b. Virg. c. 6. n. 8*), nec in urbe Nazareth propter hanc rationem degisse, quia, inquit, pro comperio haberi debet, Iosephum nihil novisse eorum, quae cum angelo tractavit Maria, nec de his discessu in domum Zachariae, nec de his, quae dicta sunt ab Elisabeth, et gesta in eius domo, donec post reditum noctu admonitus est ab angelo de foetu divinitus dato. Verum, quidquid sit de efficacia huius rationis, quae apud me nullam vim habet, ut suo loco (*l. sequente hom. 10*) demonstrabo, ex aliis tamen supra adductis probationibus manifestum est, et fidei satis consonum, non fuisse in urbe Nazareth tunc Iosephum, sed Bethlehem, donec tempus accederet nuptiarum. Quoniam vero ad primam superioris sententiae rationem satis responsum est, posteriori satisfaciendum, dicendo, quod, tametsi verum esset, Iosephum non fuisse concomitatum sponsam suam in itinere ad montana, satis tamen provium fuisse famae, et honori Virginis, quod Elisabeth revelatum est mysterium, et domus eius universae declaratum, et inde ad celeros cognatos delatum: tum etiam postea, dum revelatur Iosepho, apud quem iam non bene audiebatur sponsa, ut multi Patres putarunt; eius enim erit deferre, si adultera putaretur. Verum hoc adhibito remedio tam certi, et iusti innocentiae Virginis, et coelestis testes mysterii satis erant, ut eam ab omni periculo liberarent, eiusque honori consulenter; praesertim, quia cum iam virum Iosephum cum ea deinceps habitantem vidissent, nihil erat, ergo suspicarentur malum, quod non tam curiose alienam sponsam spectabatur; maxime cum non liceret sponso congredu cum sponsa, ut dicit Tertullianus, Chrysostomus, et Augustinus, et alii. Hactenus de hoc historico argumento in lau-*

Galilaea est, quae lacu, et Tyberiad usque in regionis finem meridianum imminet, montem Carmelum complexens; et in hac est civitas Nazareth, quae fuit patria Ioseph, in qua ipse non solum natus, et nutritus fuit, sed etiam habitavit; meritoque s. Ioseph debuit esse ex patria Nazareth, quae inter alias interpretationes, *Custodia*, et *separatio* interpretatur; cum et Christi infantis, et Mariae virginitatis singularem custodiam habiturus esset; et a sponsa, licet aliquin matrimonii vinculo cum ea coniunctissimus, quoad thorum tamen separatissimus futurus semper foret. Haec autem civitas Nazareth despecta adeo erat, ut Nathanael, vir insignis, diceret (Joann. 1): *A Nazareth potest aliquid boni esse?* postquam Iamena b. Virgo, et Ioseph in ea nati, et Filii Dei in eadem carnem assumens conceptus fuit, omnes totius orbis splendidissimas, ac opulentissimas civitates longo intervallo superat. Qui autem fuerunt d. Iosephi parentes, non est concors omnium sententia: nam licet s. Matthaeus disertis verbis affirmet, Ioseph filium esse Iacobi, dicens (Matth. 1): *Iacob autem genuit Ioseph*: cui minime refragatur Lucas, dum ait: *Heli fuisse patrem Iosephi*; nam ille patrem naturalem, hic legalem descripsit; quiddam singulariter senserit Ambrosius (super Lucam 3): unde ille, quia de naturali filiatione loquebatur, gignendi verbo usus est: *Iacob autem genuit Ioseph*; Lucas vero, quia de sola legali, contentus fuit dicere, *qui fuit Heli*. Nihilominus tamen, quisquam fuerit hic pater legalis, non parva dissensio reperitur apud doctores: quidam enim contendunt, illum fuisse uterum fratrem Iacob: docuit primus hanc sententiam Africanus theologorum non solum antiquissimus, sed etiam pariter disertissimus, in ea epistola, quam scripsit ad Aristidem, et refertur ab Eusebio Caesariensi (lib. 1. hist. cap. 9.), in qua Africanus ipse sic dicit: *Uterini erant fratres Heli, et Iacob: Heli absque prole descendente, Iacob illi semen suscepit, et genuit Ioseph, qui natura filius eius erat, lege vero Heli*: Africanus non modo sequuntur d. Hieronymus, et d. Anselmus (in 1. cap. Matthaei), Theophylactus, et d. Bonavent. (in 3. cap. Lucae), sed etiam ceteri antiquorum Patrum mira consensione illi adscripti sunt; inter quos est Iustinus philosophus, et martyr (in respons. quaest. ad Orthon. in resp. q. 133.); ubi postquam clare dixit, Ioseph duos fratres habuisse, unum videlicet secundum legem, et alterum secundum naturam, pulchre satis in hunc modum submittit: *Efficet divina gratia, ut cum audiamus Christum filium esse Ioseph, nec tamen esse eo natum secundum naturam, non admiremur; ut enim Ioseph ipse vocatus est Heli filius, nec tamen ex eo genitus, quoniam divina legi sic visum est ex uxore Heli dare filium Heli; sic visum est Deo ex uxore Iosephi dare filium Iosepho, non genitum secundum naturam ex ipso*: haec Iustinus: cui sane simul cum aliis Patribus, qui hanc sententiam amplectuntur, magis tribuendum est, quam rectoribus superioris opinionis assertoribus. Tamen, licet haec opinio verior, et firmiter sit, aliorum etiam placitum minime despicendum esse reor, qui putant, patrem legalem Iosephi

fuisse naturalem patrem beatissimae Virginis, qui binominus fuit, hoc est, duplici nomine, *Heli, et Ioaquim* appellatus. Favent huic sententiae d. August. (lib. 2. q. eorum. c. 5), et Philo Iudaeus qui (lib. de temp.) testatur, apud Assyrios, et Aegyptios *Heli, Heliachin, et Ioaquim* idem esse, solumque differre, ut synonyma. Confirmat etiam eandem opinionem, quod iuxta d. Hieronymi doctrinam contra Helvidium, consuevit sacra Scriptura eundem virum diversis nominibus vocare, ut soecrum Moysis vocat *Raguel, et Letro*; et Gedeonem appellat etiam *Ierobaal*; et patrem Davidis *Isai, Isse, et Naas*; et principes Apostolorum Petrum, *Simonem, et Cephas*: qui ergo huc opinioni adhaerent, asserunt, quod sicut re Ioaquim, qui fuit in transmigratione Babylonis, dictus est etiam *Heliachin*; ita etiam pater Virginis *Ioaquim*, alio nomine vocatus est *Etiachin*, et breviter causa *Heli*, qui propterea a s. evangelista Luca pater Iosephi nuncupatur, quia soecr eius erat. Moris enim est in sacra Scriptura, generos filios nominare, ut aperte constat ex lib. Genesis (c. 37), ubi secundum hebraicam veritatem dicitur, quod omnes filii, et filiae *Iacob surreverunt ad consolandum eum* de existimata morte filii sui Ioseph, quod nequam intelligi potest de filiabus Iacob naturalibus, cum solum unam haberet, nomine *Dina*, sed de uxoriibus filiorum suorum, quae a Scriptura *filiae* vocantur.

Porro, quod attinet ad nobilitatem, et generis splendorem nostri Iosephi, satis constat ex sacris literis, nullum umquam illo illustriorem ex aliqua familia ortum fuisse, angelo illum vocante (Matth. 1), *filium David*, et Matthaeo in eius genealogia per plures potentissimos reges memorante, a quibus eum originem ducere testatur. At licet praclarum, et illustre sit Ioseph, quod ex Davidica prosapia omnium nobilissima descendat; illud tamen multo illustriorem, et clariorem illum reddit, quod non solum sanguinis, sed et virtutum Davidis legitimus adeo exalterit haeres, ut d. Bernardus (hom. 2 super Missus) dicere non dubitavit: *Vere de domo David, vere ex regia stirpe descendit vir iste Ioseph, nobilis genere, mente nobilior, plane filius David, non degenerans a patre suo David, prorsus, inquam, filius David non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed devotione*: atque hoc simul dicere voluit Lucam evangelistam (c. 1.), vocantem eum de domo David: his enim verbis significavit, non tantum illum esse de domo David propter generis successionem, sed principaliter propter virtutum imitationem, quia tales, iuxta phrasim ipsius Davidis, dicuntur esse de una domo, ipso dicente (Psal. 67.): *Qui inhabitare facit unius moris, vel, unanimes in domo*.

Sed iam de nomine eius dicamus, quod mirum in modum congruit moribus eius: Ioseph enim, quod *incrementum* interpretatur, egregie concinit vitae illius integritati: quod, ut clarior, ac manifestior fiat, observare oportet ex doctrina Angelici doctoris (3. p. q. 37. art. 2.), nomina ut plurimum hominibus semper imponi, ut ab aliqua proprietate subiecti, quod nomen accipit; aut a tempore, sicut imponitur

nomina aliorum sanctorum eius, qui in eorum festis nascuntur; aut a cognatione, sicut, cum filio imponitur nomen patris; aut alicuius de cognatione eius, sicut propinquo Ioaquim Baptiste volebant cum vocare nomine patris sui, Zachariam, non autem Ioaquem, quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, sicut patet ex Luca; aut etiam ab eventu, sicut Ioseph vocavit primogenitum suum *Manassem*, dicens: *Oblivisi me fecit Deus omnium laborum meorum*; vel ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur, sicut in Genesi dicitur, quod, quia ille qui primus egressus est de utero matris, rufus erat, et lotus in morem pellis hyspidus, vocatum est nomen eius *Esau*, quod *rubeum* interpretatur. Nomina etiam imponuntur aliquibus divinitus data; sicut in Genesi dictum est Abraham: *Appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constitui te*; et apud Matthaeum dictum est Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*: ex quibus facile colligere licet, Iosephi nomen coelitus fuisse delapsum, qui futurus erat sponsus Genitricis Dei, et pater legalis Christi: nam his adeo dignitas eius crevit, ut congrue satis ei nomen *Iosephi*, quod *incrementum* significat, donaretur. Alia etiam ad idem occurrit ratio, quia, cum alii nubes virginitate mimantur et expolientur, ipsi tamen e contra accidunt: nam Mariam in uxorem accipientis, virginitatis suae augmentum suscepit, dum illam ad imilationem suae sponsae specialiter voto firmavit, et constabilivit. Qui ergo praeter communem matrimonii consuetudinem in matrimonio, quo non solum diminui, sed penitus aboleri virginitas solet, illius augmentum suscepit, merito *Ioseph*, id est, *Adauctus, vel additus* appellatus est.

Alque hinc liceat mihi gradum facere, ut de moribus Iosephi aliquid attingam, non ex meo marie, sed ex mente insignis illius Cancellarii parisiensis, qui rem hanc altius repens, in hunc modum loquitur (ser. de nat. Virg.): *Sicut decuit, ut Virgo summa puritate niteret, sic decuit, ut haberet suo modo parem sponsum purissimum, qui cum perpetua Virgine virgo permaneret: uterque regali progenie illustris, uterque sanctificationem in utero recipiens, cum Maria plena gratia foemine reprimere mansit Ioseph repletus gratia peccatum mortale quodlibet superante*. Huic etiam sententiae de sanctificatione in utero adscriptum est Episcopus Christophollanus (in Cant. Virginis), et doctissimus Echius (in ser. de s. Ioseph); eaque ratio illi suffragatur, quia si Ieremias ad vaticinandum, et praedicandum de Christo, et Ioaquim Baptista ad eum baptizandum, et digito commonstrandum sanctificati fuere in utero materno; non est a ratione alienum, ut qui manibus frequenter per multos annos contractaturus esset sacratissimum corpus Christi, sanctus esse inciperet ab utero matris suae; haec ille in concione habita in Concilio Constantiensi.

Nec mirandum, quod d. Iosephum Dei Genitricis sponsum pie credamus in utero sanctificatum, cum et idem singulare privilegium de aliis permaltis sanctis a gravissimis Auctoribus pie creditum fuerit: de Iacobo enim minori id

existimarunt Egesippus (lib. 4. comment.), Euseb. Caesariensis. Simeon Metaphrast. (in ser. Iulii Apostoli), et Petr. Episcopus Aquilinus in eius vita: deinde de d. Nicolao et Dominico idipsum quidam asseruerunt, ut auctor est d. Antonius (3. p. summae tit. 18. c. 5. §. 6.) in haec verba: *Legimus Ieremiam sanctificatum; aliqui hoc etiam credunt de d. Nicolao, qui unius stetit rectus, et de b. Dominico, qui iam in cunis, egyptiens lectum, incubat in terra: immo, et d. Hieronymus sanctam Asellam affirmauit in utero matris sanctificatam, id referente Card. Baroni in suo martyrologio: ac tandem idipsum tradit de s. Georgio Episcopo Svelensis frater Dimasperi (in apodixi sanc. s. Georgii): de d. etiam Paulo sanctificatum fuisse in utero matris, auctores id asserentes referunt, ansam ad id auctores a verbis d. Pauli (Gal. 1.): *Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero: nec obstat, aiunt, quod persequutus fuerit Ecclesiam Dei, quia (ipse ait) ignorans feci*. Immo, ut idem s. Hieronymus (super Galat.), d. Bernardus (epist. 174), doctor Augustinus (epist. 57), et Anastasius Nicaenus (in qu. sac. script. tom. 6. bibli. 55. q. 39.), rursus non solum in lege gratiae, sed et tempore legis naturae non scriptae, nonnulli fuisse sanctificatos referunt non infirmi nominis Doctores, nam de Iacobo nobilis auctor Comertor (66. dist. in Gen.) ait: *creditur in utero sanctificatum fuisse Iacob*, et in collisione infantium praefigurat, quod non esset consensus Christi ad Balia. Et Dionysius Carthusianus, dum verba illa (cap. 28), *Ero castus tuus, quocunque perrexeris*, explicat: *Magna, inquit, promissio, ex qua sequi videtur, quod Deus in omnibus praeservavit Iacob deinceps a culpa mortali, forsitan et ante; maxime cum credatur sanctificatus in utero: et (c. 25.) Augustinum in hanc sententiam ducere contendit. In ea ferme est Ambrosius (lib. 4. de fide cap. 4): *Negent, inquit, Iacob sanctum fuisse, priusquam nasceretur, qui fratrem superflavit in materni aduice uteri postum arcuano*. Ex opinione s. Ephrem (in art. de transf. Christi), Moyses aliter potest: *Sursum, inquit, discipulus ducit in montem, et ostendit eis se non esse Eliam, nec Moysen, sed Deum Eliam, et qui sanctificavit Moysen in utero matris: Samsone quoque annuerandum illa verba suadere quidam putant: *Erit Nazareus Dei ab infantia sua, et ex matris utero*. Extat et aliud Iosephi sanctitatis testimonium apud sanctam Birgitam (lib. 6. Revel. cap. 59), ubi Deipara Maria eidem dixit: *Ioseph nullum verbum non bonum protulit, nec otiosum, nec murmuratoris: erat enim patientissimus, diligentissimus in labore, et paupertate, mansuetus in iuriantibus, obediensissimus obsequiis meis, constans contra neam virginitatem impugnatorem, fidelissimus testis mirabilium Dei; mortuus carni, et mundo, non nisi coelestia desiderabat: dicebat, si vellet Deus me vivere, ut eius voluntatem videam adimpletam; raro erat in hominum congregatione; solum desiderabat Dei voluntati obedire, et deo eius gloria modo magna est*: haec ibi.***

Ceterum quod spectat ad statum eius, licet certa fide teneamus uxortum fuisse, evang. dicente (Luc. 2): *Ascendit autem et Ioseph, ut*

proferetur cum Maria uxore sua praegnan-  
tibus illud tamen apud perosque in dubium verti-  
tur; ac praeter Virginem aliam coniugem ha-  
berit: bigamum enim fuisse, et filios ex pri-  
ma uxore procreasse, constanter affirmant d.  
Epiphanius (*Inscr. 28*), Gregorius Nyssenus (*or. 2. de resurr.*), d. Hilarius (*can. 1. in Math.*),  
Ambrosius (*epist. ad Gal. et insti. virg. c. 6*), Origenes  
(*13. cap. Math.*), Theophylactus (*in cap. 23. Math.*),  
Eusebius Caesariensis (*lib. 2. hist. c. 3*); alii  
vero Patres e contra candidos de nostro Iosepho  
iudicantes, non modo ante coniugium cum  
Virgine uxoratam, aut filios habuisse ab-  
negant, sed, et integerrimum virginem fuisse,  
ingenue fatentur: hi sunt d. Hieronymus (*lib. contr. Helvid.*), d. Augustinus (*de nativ. Dom.*),  
s. Theodoretus (*in epist. ad Galath.*), d. Anselmus  
(*in cap. 20. Math.*), Beda (*in cap. 2. Ioan.*),  
Rupertus (*in cap. 1. Math.*), Hugo Victorinus  
(*in lib. de Mor. coniug.*), Petrus Damianus (*epist. 11. cap. 3*), ac d. Thomas (*sup. prim. cap. epist. ad Galath.*). Atque hanc tantorum Patrum sen-  
tentiam, reliquorum omnium etsi gravissimum  
Doctorem omnino praefendam semper duxi:  
valde enim decebat, cum ille, qui *pascitur in terra*  
frequentissime pasci deberet, et inter  
Mariam, et Iosephum, et ab eis paterno affectu  
infantile eius corpus sapientissimè contracta-  
ri, utramque virginem esse, et angelicis spiri-  
tibus puriore: decebat etiam sanctum Iosephum  
maxime liberam, et expeditum esse a filiorum  
cura, et obligatione illis necessaria providenti,  
ut ministerium matri, et filio inserviendi sus-  
ciperet, et ut ad eorum protectionem propriam  
patriam reliqueret, et in longinquam Aegypti  
plagam proficere: sicut enim dixit Apostolus  
(*1. Cor. 7*): *Qui cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisis est; ita similiter  
pater, filios habens, necesse est, ut sollicitum  
eorum curam gerat, et consequenter iuxta Paulinam  
sententiam divisus erit. Ad id ergo vitandum,  
omnino oportebat Iosephum filiis carere. Scio  
dicere posse protervos, Iosephum filios genuisse,  
sed illis iam orbatum esse, cum beatam Virginem  
in coniugem accepit: verum in re incerta, et utrinque  
opinabili, cum pietate magis coniunctum arbitror,  
non solum castimoniam, sed et virginitatem intemeratam  
Virginis sponso tribuere, ut nos infra late com-  
probabimus.*

Ceterum, eam de singulari martyrii genere,  
ac felici divi Iosephi morte aliquid dicere pollic-  
ti fuerimus, tempus est iam ad id cala-  
mum admovendi. Inter alta quidem permulta,  
quibus beatissima Virgo, ac dilectissimus eius  
sponsus Ioseph persimilis fuerit, illud valde  
singulare reperior, quod uterque non solum vir-  
go, sed et martyr extiterit, non alio carnifice  
illos excruciante, quam ipso Christo Domino:  
Mariam torsit acriter Christi passio, Iosephum  
torsit Christi conceptio; Mariam torsit, videre  
Christum in cruce pendentem, Iosephum vehemen-  
ter pressi, videre illum in utero Virginis  
latitantem; Maria dolet, quod intueatur Chri-

stum in ligno mortuum, Ioseph contristatur,  
quod agnoscat illum intra sponsae suae viscera  
vivum; Maria ultra quam dici potest, dolebat,  
dilecto filio spoliari, Ioseph aegre ferebat, il-  
lam filio genito gaudere. Zelotypium amorem  
depingebant olim antiqui in habitu cuiusdam  
venatoris, qui casibus circumdatus, praedam  
insectabatur, ut hoc symbolo significarent, cogi-  
tationes zelotypiae phraenasi laborantis, vel  
ut rapidos canes esse, qui huc, et illuc va-  
gantes, et odoratu suo praedam, quam non vi-  
dent, ingenti labore quaerunt. Bene quidem,  
sed certe, ac dimittite veteres illi zelotypiae  
furorem, ac impatientissimam vim describere;  
melius quidem Spiritus sanctus inferno il-  
lam comparans, expressit: unde, cum zeloty-  
piae amor sit, ut ait Salomon (*Cant. 8*), *dura*  
*sicut infernus aemulatio*, non poterat non vehemen-  
ter, et absque ulla interruptione Iosephi  
cor transverberari, sicut et infernus summo-  
pore torqueat, et nec per momentum excruciare  
cessat. Unde Deus ipse probe agnoscens vim  
zelotypici doloris virum excruciantis, ad illum  
mitigandum, et alleviandum, singulare ac  
inaudiam illam zelotypiae legem condidit, qua  
praecipit, quod si spiritus zelotypicus concitaret  
virum contra uxorem suam, adduceret  
eam in templum, ubi sacerdotes certam poto-  
nem illi propinarent, qua ebibita, si uxor a-  
dultera erat, confuso uteris eius disrumperetur;  
si autem fidelis, incolomis manebat. Cum  
ergo b. Ioseph immuni zelotypiae dolore  
angeretur, neque levamen hoc, quod et assu-  
mere licebat, quaeriret, Evangelista dicente  
(*Math. 1*): *Cum esset iustus, noluit eam traducere*;  
consequens est, cor eius gravissimo do-  
loris vulnere fuisse exulceratum: unde sicut  
Martyres moriendo insigne suae patientiae tes-  
timonium exhibuere, ita Ioseph rarae, et exi-  
miae suae tolerantiae, et fortitudinis speciem  
edidit, cum sponsae tumentem uterum, et  
indubitata concepti filii indicia cerneret, nec  
cum uxore verbum ullum commutaret, nec a-  
pud affines quaereretur, nec in ius iret, nec ad  
poenam repelleret coniugem, sed omnes suos  
aestus intra se, tanquam patientissimus vir,  
viriliter presserit. Quoniam tamen discussio  
est inter Patres, suspicatus fuerit Ioseph a-  
dullerium de Virgine, compeller ostendere, et  
tiamsi ab omni adulterii suspitione longe alicuius  
fuerit, summo nihilominus dolore tunc  
fuisse confectum, atque adeo, cum de dimi-  
tenda Virgine cogitaret, Evangelista dicente  
(*ibid.*): *Velut occulte dimittere eam, cogitationem*  
hanc singulare martyrii genus illi fuisse.  
Nam in primis, si Ioseph ab sponsae suae con-  
sortio ob eximiam dignitatem Matris Dei se  
eo indignum arbitrans, sequestrare volebat;  
et quia fulgor divinitatis Christi in utero eius  
latentis foras in facie eius irradiabat, ita ut  
suprare sibi posset verba illa Esdrae (*4. cap. 10*):  
*Ad irradiantem cultum conversus est: et factum est, cum loquebar ad eam, factus eius fulgebant subito; coruscus fiebat visus eius, ut essem patens valde ad eam, et cogitarem, quid esset hoc: sane hoc idem non potui non summo morore Iosephi viscera valde torquere; nam, praeterquam amantem a dilecta sponsa*

divelli graviter affligere solet, certe cogitatio  
illa, qua se indignum putabat sponsum esse  
Virginis, et eius consortio frui, confusionem  
quandam internam pariebat, quae velut gladius  
cor eius confodiebat: ut eum experiant  
viri spirituales, confusio illa, quam in Dei  
maiestatis praesentia se constituentes, patiuntur,  
ingentem dolorem eis ingerit: sic autem  
Ioseph nec de Virgine adulterium indicavit,  
neque humilitate ductus, indignum se repu-  
tavit Matrem Dei in sponsam habere, eam di-  
mittere decreverat. Sed, ut alii volunt, an-  
tepsit, et fluctans, variis cogitationibus agi-  
tabatur, ita ut sensus cum ratione acriter pug-  
naret: nam sensus virgineum uterum intume-  
scentem videns, adulteram iudicabat; ratio au-  
tem raram eius sanctitatem pendens, longe  
eius animum ab hac suspitione avocabat; pro-  
fecto humismodi perplexitas, et pluraquam  
civile bellum inter sensum, et rationem non  
poterat non immaniter viscera Iosephi disrum-  
pere, et excarnificare. Ob quaequeque igitur  
causam ex praesensignis voluerit Ioseph uxorem  
suam Mariam dimittere, cogitatio illa non  
poluit non esse ei grave martyrii genus. Silen-  
tium praeterea ingentes labores, quibus per  
totum vitam curriculum a tempore desponsationis  
adeo excruciatu fuit, ut non immerito to-  
ta eius vita prolongatum quoddam martyrium  
censeri debeat. Certe cum ex regia stirpe  
esset, pauper, ac humili fabri officio usus sit,  
in Bethlehem profectus infantem Iesum intuitus  
lactem, et prae nimio frigore algentem,  
vili praecipio cubantem, ac aeris inclementiae  
ob incommodatam loci expositum, summo do-  
lore fuit confectus; eundem in tenera aetate  
octavo die sanguinem fundentem cernens, ve-  
hementer doluit; Simeonis verba audivit ad spon-  
sam suam dicentis (*Luc. 2*): *Tuam ipsius ani-*  
*mae pertransibit gladius*: in Aegyptum fugam  
arripuit, ut Christum ab herodiana saevitia li-  
beraret, ubi per septem annos, ut auctor est  
d. Anselmus (*in Math. cap. 2*), vitam pauperem  
inter barbaram, ignotam, et infidelem gen-  
tem exul egit. Cum rediit etiam ab Aegyptio,  
audiens filium Herodis multo illo crudeliore  
regnare, maximus timor invasit eum, ne quid-  
quam mali contra infantem illum machinaretur:  
ingentem deinde sustinuit dolorem, cum Ie-  
sum in itinere ad Ierusalem amisit, b. Virgine  
dicente: *Pater tuus, et ego dolentes quaere-*  
*bimus te*; ac tandem usque ad mortem, summa  
egestate, sudore vultus sui, et labore manuum  
suarum Virginem Matrem, et Filium eius,  
et se alii; quae productum quoddam marty-  
rium fuisse nemo sane ambiget.

Denique, ut ad felicem divi Iosephi mortem  
accedamus, tria praecipue, quae erga illum de-  
siderari possunt, nobis commemoranda sunt:  
primum, quod tempore obierit; secundum, cuius  
aetatis esset, cum e vita discessit; tertium, ac  
Christus Dominus, et Mater eius mortis eius  
adherint, et quae obsequia illi praestite-  
rint. Circa primum, licet d. Ambrosius (*li. de insti. virg. c. 6. et Lucae 25*), et Cyprianus (*de pass. Domini*), et Arnoldus Abbas (*tract. de T. verb. Domini circa ver. Ecce filius tuus*), puta-  
verint, Iosephum tempore mortis Christi super-

stitum extitisse; cui sententiae consentit d. Au-  
gustinus (*ser. 81*), dum ait, Iosephum Christum  
adorasse in sua resurrectione: verba e-  
ius haec sunt: *Sol, et luna, et undecim stellae  
Christum adoraverunt, quando post resurrectionem  
sancta Maria quasi luna, et beatus Ioseph  
velut sol, cum undecim stellis, idest, beatis Apo-*  
*stolis, prostrati sunt ante eum*: verum, cum a-  
liis gravissimis Patribus arbitror d. Iosephum  
ante tempus mortis Christi obisse: ita cen-  
sent d. Epiphanius, qui post duodecimum Chri-  
sti annu et vita illum discessisse opinatur: sic  
enim ait: *Post reditum ab Aegypto, Ioseph non  
multis annis vivit, permansit octo annis super-*  
*stes, et in duodecimo anno, ascendens illis  
Hierosolymam, quaesivit esse Dominus, quando  
non reperiretur in itinere; post haec annos mor-*  
*itur Ioseph; ubi non amplius dicit Euan-*  
*gelista, quod venit pater ipseus, et fratres, sed, ecce mater  
tua, et fratres tui foris stant; et quando in  
cruce pendebat, si fuisset Mariae vir, qua ratio-  
ne tradidisset ipsam Ioanni? haec ille: cui con-*  
*sentient Casalius lib. de arbore vitae censet, non  
post multos dies, post inventionem Iesus  
in templo cum Doctoribus disputantis, vita fun-*  
*ctum fuisse Iosephum. Sanctus autem Bernar-*  
*dinus (serm. de S. Ioseph) probabiliter credit,  
illum mortuum fuisse ante Christi baptismum.  
Cedrius egregius historiographus (in compend.  
hist.) tradit, Iosephum usque ad Christi bap-*  
*tismum vitam produxisse; d. autem Bonaventura  
(de vita Christi c. 17) usque ad finitum eius  
iuniorum illam protendit: Isidorus (lib. 4.  
de S. Ioseph) refert quorundam opinionem e-*  
*xistimantium, Iosephum post vocationem Apo-*  
*stolorum obisse. Ac tandem nobilis anclor,  
Comextor (c. 38), quamvis sub dubio relin-*  
*quat, an superstes esset Ioseph tempore nati-*  
*vitatis in Cana Galilaeae, expresse tamen ait,  
certum esse, quod in passione Domini mortuus  
erat. Id, quod apud me certissime persuadet  
praecitata ratio a d. Epiphano, quam etiam  
acceptant praecitati Doctores: nam si sponsus  
Virginis superstes fuisset tempore mortis Chri-*  
*sti, minime alleri, quam illi a Filio commen-*  
*daretur: fuit autem commendata Ioanni, ut in  
sua illam acciperet, prout ipse testatur: quis  
enim dicat, decessisse matrem Domini alieno  
custodi magis, quam legitimo marito suo cura-*  
*dam deputari? Accedit, quod mihi omnino in-*  
*credibile sit, quod si Ioseph tempore mortis  
Christi viveret, cruci non adfuisse in consor-*  
*tio Virginis, et Ioannis; ardentissimum enim a-*  
*mor, quo Christum Dominum prosequeretur,  
minime ferret, tempore passionis illum dere-*  
*linquere: nec potest sane dici adfuisse, cum e-*  
*ius non fiat mentio ab Evangelista: nam cer-*  
*te, qui aliorum inferioris notae meminerunt,  
nominatim eos referentes adfuisse, minime si-*  
*lentio praeterissent sponsum Virginis, putati-*  
*vum Christi patrem.*

Circa tempus autem determinatum, quo san-  
ctus hic Patriarcha obierit, inter varia Docto-  
rum supra relata placita, illud mihi magis ra-  
tionem contententem videtur, quod superstes fue-  
rit usque ad baptismum Christi, quando pri-  
mo se mundo manifestus palam fecit: quia  
cum Ioseph specialiter a Deo electus, ac de-

putatus esset ad alendum arte sua fabrilis Matrem, et filium, verosimile est, superstitium fuisse toto tempore, quo Christus Dominus in silentio a communi hominum consuetudine se abstinentem vitam egit solitariam; quam tamen constat usque ad annos baptismi perdurasse. Qua vero anorum aetate s. Ioseph animam exhalavit, non est una omnium sententia: nam d. Epiphanius (*haer.* 78) nonagenarium tradit obiisse; Cedrius vero (*in Compendio hist.*), usque ad centesimum decimum annum vixisse scribit. Demum, si *pretiosa est mors sanctorum eius*, non potuit non pretiosissima, et divinis fulgoribus clarissima esse mors nostri Iosephi, cum Christi, et Mariae veluti solis, ac lunae irradiantibus splendoribus fuerit illustrata, ut in haec carmina cecinit pietas magni illius Cancellarii parisiensis:

Venerat illa dies, quae vitam morte pararet  
Perpetuum tibi, Ioseph, David inclita proles,  
Christus adest cum Matre pia, quibus officio  
Servierat vultu placido solatur euntem.  
Ora hoc lacrymis applevit intus obortis  
Naturalis amor, eleantia sat credere fas est.  
Quod patrem Iesu, et sponsum flevit marientem  
Virgo benigna suum,

Quamvis autem apud Patres nihil horum roperiam, quae commemorat Gerson; lego tamen illa, et permulta alia apud Isidorum Insulanum (*lib.* 1. de s. Ioseph. c. 14. et refert *Gralian.* *lib.* 3. de vita s. Ioseph. c. 3); quem scripsit ad Papam Ariarium VI. qui ex historia quadam orientali fide digna refert, Christum Dominum Apostolis suis nonnulla enarrasse de transitu d. Iosephi, quorum haec, quae sequuntur, tamquam commemorabilia hoc loco dixi recensenda. Primum Ioseph praemonitus fuit ab angelo de morte sua; deinde archangelum Michaeli sibi adesse postulavit, et obtinuit, necnon et angelum custodem alacri vultu eidem comparere, quod similiter impletur. Praeterea Ioseph alloquitur est Christum Dominum, qui morti eius adfuit, et Salvatorem mundum illum confitens, et ad caput lecti Ioseph sedisse cum Maria matre sua, illum consolante, et manus eius tenente, et post mortem, oculos eius propriis manibus clausisse; ac tandem praecipit angelis, ut corpus eius veste induerent: ipse illum benedixit, benedictionem suam pollicitus daturum eis, qui in die obitus s. Iosephi sacrificium Deo in eius honorem obtulissent; addiditque vigesima die Ianii obiisse, et sepulcrum eius iuxta sepulcrum Jacobi patris sui fuisse. Verum tamen est, Bedam (*de locis sanctis c.* 6) docere, Iosephum sepultum fuisse iuxta Virginis sponsae suae sepulcrum, quod constat fuisse in valle Iosaphat, qui medius est inter montem Sion, et montem Olivet; quod idem colligitur expresse ex divo Hieronymo (*serm.* de Assum.).

Sed liceat mihi, antequam ulterius progrediar, verba illa, quibus verosimile est in ultima illa hora Christum, et Iosephum dulcissime inter se colloquutos fuisse, contemplari: si enim David (*Psal.* 22) dicebat: *Si ambulavero in medijs umbrae mortis, non timebo mala, quoniam*

*tu mecum es*; putaverim certe, sanctissimum Iosephum iamiam moribundum Christo Domino dixisse: Mortem non timebo, quoniam tu mecum es, praesentia divinitatis tui tegumento carnis humanae: si enim Simoni te semel in templo vidisse, et in unius nisi accepisse, satis fuit, ut laetus diceret, in illa verba erumpens (*Luc.* 1.): *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace: quia cederunt oculi mei salutare tuum: mihi non sufficit, non dicam semel, non dicam centies, non millies, sed quasi sexcenties te apspexisse, in ulnas meas accepisse, in sinu meo fuisse, brachijs meis constrinxisse, dulcia oscula exhibuisse, et usque ad hanc ultimam horam individuum comitem mecum colloquentem, et conversantem semper habuisse; merito sane id mihi sufficit, ut libens, et alacer moriar. Sed dic mihi, sanctissime Ioseph, si alii mori voluit, ut cum Deo vivat, quomodo tu cum Deo vivens mori cupis? Paulus quidem emori desideravit, ut Christi praesentia fruere, cum dixit (*Philipp.* 1.): *Cupio dissolvi, et esse cum Christo*; et tu cum Christo habitans, dissolvi cupis, Christi societatem amissurus? Crediderim sane in te duplicem voluntatem inter se duello conflixisse mirandol: voluntas quidem non discedendi a Christo, et voluntas divinae voluntati obtemperandi; ac cum divina revelatione agnosceres praefixam a Deo tuae vitae periodum iamiam proximam esse, divino te conformans beneplacito, voluntas illa prima cessit secundae; et libo cupiebans ardentius quam Paulus anathema fieri a Christo, ut divinae voluntati perfectissime obsecundares, dicens (*Fid.* 22): *Non mea, sed tua fat voluntas*. Existimaverim etiam, Iosephum tamquam vere humilem Christo dixisse verba illa Davidis (*Psal.* 18.): *Delicta quis intelligit, propterea Domine, ab oculis meis munda me, et ab alienis parce sermo tuo: ne differas quaeso veniam, sed remitte mihi, ut refrigerer, priusquam obeam: praesta mihi nato Deo, ut in pace in idipsum dormiam, et requiescam*. His, quid putas quaeso, Christum Dominum dilectissimi sui legalis patris verbis respondisse? Absque patre in hoc mundo natus sum, sed tu paternum affectu, et sollicita clientela, plausum patrem, mihi fuisti: tu Genitricis meae solatium, tu infantilis corporis mei nutritius, tu mihi in terris magni consilii adiutor fidelissimus adfuit, tu laboriosam in Aegyptum profectionem, et inter idololatras inhabitationem, ac in Nazarethum regressum ardentissimo amore, et vigilantissima cura suscepisti. Cum ergo tot, ac tam innumera obsequia mihi exhibueris, laetus discede, quia ab omni prorsus exitu levissimi peccati macula alienus es, angelicis manibus in sinu Abrahae certo deferendus, ac postea me ab inferis resurgente mecum gloriosum resurrecturus, ut in aeternum feliciter mecum conregnes. Quod si sacra Scriptura ait (*Apoec.* 14.): *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*; non potest non beatissimus exitisse Iosephus, qui non solum in Domino Iesu, ad caput lecti illum consolante, ac in manus eius animam exhalans, dulcissime, ac felicissime obiit.*

His addo id, quod ex sacra Scriptura colligitur:

go: nam sicut constat ex vidna illa evangelii, quae filium vitae functum ex civitate Nays in sepulcrum sequebatur, mos erat apud Hebraeos, parentes filios mortuos usque ad sepulcrum comitandi; verosimilius est, hoc genus obsequii, uxorem, et filios erga parentes exhibuisse: Christum ergo, et Deiparam Mariam Iosephi forethrum comitatos fuisse crediderim, prout prudenter adnotavit Baradius, eaque, quae noster Bernardinus de Busto (*t. 1. evang. hist. lib. 6. c. 8.*) contemplantur, quia rationi consentaneum est ita reipsa contigisse, hoc loco referre non dedignabor: sic enim ait (*lib.* 20. de despons. Mariae): *Pie credo, quod dulcis Iesus, et piissima Virgo infirmo Iosepho solite inserciebant, et ei ferula propinabant, atque propriis manibus, quae opus erat, eum portabant, et circa lectum stantes ipsum confortabant: dicebatque Ioseph domino Iesu: nunc laetus moriar, sperans, quod cito venies liberare nos; in transitu autem eius dixit Iesus: Vade dilecte mi alacriter ab hac miseriarum valle; et porta hoc bonum noctum sanctis patribus, quod infra parvum tempus veniam ad vos, et ad coelestia regna perducam. Praecipit autem angelis ipse Dominus: Subvenite sancti Dei, occurrite angeli Domini, suscipiende animam eius: ad ipsum vero Ioseph de hac vita migrantem ait: Chorus angelorum te suscipiat, et cum Lazaro quondam paupere habeas requiem. Anima igitur ipsius cum magno honore in sinu Abrahae ab angelis delata fuit. O terque, quaterque Felix Iosephus, qui certus ac persuasus erat, fore ut brevi ex illo obscuro eductus crederet carcere, et assumptus in coelum, ibi sempterno aevo cum beatis omnibus immortalis gloria perfrueretur: etenim seipsum habe firmam, et constantem conceperat de dulci alumno suo, quem amantissime nutrierat, et quibuscumque rebus poterat, illi praesto fuerat. Nec sua illum haec fecellit spes: nam, ut tradunt d. Bernardinus (*in serm. de s. Iose. tom. 3.*) et Gerson (*in sua Iosephina*), sanctus Ioseph resurrexit gloriosus ad vitam immortalem inter eos, qui cum Christo resurrexerunt. Potuisset Christus Dominus, sicut olim Lazarum, nullo ante ad vitam illum revocasse; sed consulo opinor, Iosephi resurrectionem usque ad propriam suam distulisse, ut, qui pariter mortales vixerant, pariter gloriosi et immortales resurgerent: unde Cancellarius parisiensis (*serm. de nativ. Mariae*) egregie dixit: *Legimus multa corpora Sancti Iosephi resurrexisse, et venisse in sanctam civitatem, et apparuisse multis; recogit, oro, pius animus, si iustus Ioseph unus ex illis putandus est, qui apparuerit charissimae Sponsae, qui eam consolatus sit? et clarius ad huc sanctus noster Bernardinus, (id referente illo alio Bernardino), concionem habens Paduae, affirmans, clamabat ad populum: In anima, et corpore sanctus Ioseph in coelis gloriosus est: in cuius veritatis testimonium, ut idem auctor scribit, continuo visa fuit crux quasi aurea super caput eius: et quidem, cum Salomon dixerit (*Proc. ult.*): *Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus*; merito putaverim, cum Maria solum, et Ioseph fuerint domestici Christi, dum vitam mortalem agebant, duplicibus eos fuisse vestitos, veste scilicet gloriosa animae, altera splendida corporis.**

CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. I.

Quam autem sanctus noster Patriarcha Ioseph in coelis praepolens sit ad impetrandum quae a nobis enixe postulatur, duo potissimum mihi sudent: alterum, quod si David loquens de Deo ait (*Psal.* 144.): *Voluntatem timentium se faciet*: multo magis voluntatem amantium illum; unde cum amor Iosephi erga Christum tenerimus pariter, ac intencissimus fuerit, facile a dilecto suo Iesu quaecumque volet obtinebit. Alterum est, quod reliqui sancti, etiam angeli, et seraphini, deprecatorie postulant a Christo Dominino, tamquam servi; Ioseph autem auctoritative quodammodo, tamquam pater illius; cui sane sicut Christus ipse in terris tamquam pater ad nutum obsecundavit, ita in coelis acceptae ab eo beneficentiae non immerito, ad nutum eidem tamquam patri affectu filiali, quem ab infantia concepit, ac perpetuo conservavit, ad nutum in coelis obedit. Ut alicuius precibus Ioseph effunderes, ac vera obsequia ei alacriter exhibenda fidelium animi accendatur, operae pretium duxi ex probatis auctoribus nonnulla hoc loco commemorare, quae ad id deservire poterant: Sanctus Vincentius (*serm. de nativ. Dom.*) refert, piun quendam mercatore Valentiae solum fuisse singulis annis in die natalis Domini, in reverentiam Iesu, et Mariae, et Ioseph ad prandium invitare pauperum aliquum foemina, infantem filium in brachijs portantem, necnon etiam pauperem senem, qui matrem, et filium comitaretur; quem sane obsequium gratum adeo fuit Deo, ut ipsi iam moribundo Christus Dominus, Maria, et Ioseph se palam faceret dicentes: cum hucusque nos granter hospitio domi tuae singulis annis susceperis, non in aeterna tabernacula cum ingenti iubilo perpetuo regnatorum te suscipimus. Narrat etiam Isidorus Insulanus (*par.* 4. cap. 10.), quod, cum quidam nobilis vir Venetiis solitus esset praeces fundere d. Iosepho, in genua procumbens aede imaginem eius in superficie parietis depictam, accidit, ut gravi grassante morbo, suae spiritualis salutis omnino factus sit immemor, et ad corporis medicamina locus se converteret; at d. Iosephus, paterna commiseratione motus, ei repente comparuit, et a somno spiritali, quo corruptus in lecto iacebat, excitans illum, admonuit, ut integram suorum peccatorum confessionem nulla interposita mora faceret; quod continuo praestans infirmus, accepit absolutionem, in manibus d. Iosephi animam exhalavit, qui eam ad aeternam haereditatem secum tulit. Tandem Janus (*in hist. d. Iose.*) refert, quod, cum duo fratres ex seraphico ordine nostri Patris sancti Francisci navigarent, accidit, ut gravi exorta procella, navis submergeretur, et triginta, quos vehebat, homines perirent; illi autem tabulam quandam arripientes, tribus integris diebus, et totidem noctibus per procellosum illud mare pererrantes, d. Iosephi auxilium religiose implorant; quorum praeces continuo exaudiens in pulchra iuvenili forma eis apparens, et benevole salutans, corroboravit, et incolumes ad portum duxit; ipsis autem ignorantibus, quisnam ille esset, ab eo enixe petierunt, ut dignaretur id aperire; quibus respondit: *Ego sum sanctus Ioseph*: et con-

festum eos commonefaciens, ut singulis diebus in memoria septem gravium dolorum, quo ipse perfrat, et totidem graviorum, quibus exhilaratus fuit, septies orationem dominicam, et septies salutationem angelicam devote recitarent, ab oculis eorum evanuit. Ut nemo tamen ignoret, quinam fuerint illi dolores, et quae illa gaudia, non pigebit ea hic apponere. Primum dolor fuit, cum videns Sponsam praegnantem, voluit dimittere. Secundus, cum vidit Christum Dominum infantem in humili stabulo iacere, aeris, et frigidis inclementia oppressum. Tertius in circumcissione, quando graviter eius vulneris percussus Dominus sanguinem fudit. Quartus, cum audivit verba Simeonis in die purificationis ad Mariam sponsam suam dicens: *Tuum ipsius animum pertransibit gladius*. Quintus in fuga ad Aegyptum propter herodianum adversum infantem Iesum persecutionem. Sextus, quando in reditu ex Aegypto in Iudaeam, audivit Archelaum filium Herodis multo illo crudeliore regnare. Septimus, cum in itinere ad Ierusalem amisit puerum Iesum. At haec de doloribus. Gaudia autem sunt ista. Primum, quando perplexus, videns gravidam Virginem, angelus divinitus missus, consolatus est eum, dicens (Matth. 1): *Ioseph, fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Secundum, quando vidit angelos Christum in praesepio iacentem adorare, et divinas laudes ei concinere audire. Tertium, quando imposuit Christo infanti nomen, *Iesus*, quod ei revelatum fuerat ab angelo dicente: *Vocabis nomen eius Iesum*. Quartum, cum a Simeone audivit, futurum, ut Christus Dominus auctor esset resurrectionis, et salutis generis humani: *in resurrectionem, et salutem multorum*. Quintum, quando in egressu ab Aegypto vidit idola, cum praesentiam Christi ferre non possent, in terram contracta concidere. Sextum, quando admonitus est ab angelo, tempus iam esse, ut cum Matre, et Filio in Iudaeam rediret. Septimum, quando invenit Iesum in templo, inter doctores disputantem. Qui pro hoc devotissimum genere usus fuerit, addat quaeso sequentes preces.

## ANTIPHONA.

Ioseph, fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est; pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum.

✠ Ora pro nobis beatissime Ioseph.

✠ Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

## ORATIO.

Sanctissimae Genitricis tuae Sponsi, quaesumus Domine, meritis adjuvemur; ut, quod possibilitas nostra non oblinet, eius nobis intercessionem doneatur. Qui vivis, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA IV. HISTORICA.

*Quaenam fuerit ars fabrilis, qua usus est sanctus Ioseph, et an illam exercuerit Christus Dominus, iuncta sanctorum Patrum doctrinam dilucide explicatur.*

Cum ex sacris monumentis non aliud deduci possit circa officium d. Iosephi, quam fabrilis artem exercuisse; hinc est, quod cum *ars fabrilis* generica vox sit, Patres in variis abierint sententias, quaenam species fabrilis artis illa fuerit: nam d. Hilarius (can. 14. in Matth.), s. Leander Archiepiscopus hispalensis (de inst. virg. c. 22), s. Anselmus (in c. 13. Matth.), s. Isidorus (in regim. monac. c. 3), et Beda (sup. c. 6. Marc), necnon et s. Petrus Chrysologus (ser. 48), Ioseph fuisse fabrum ferrarium affirmant: cui sane apte concinnat verba illa Isaiae (cap. 44): *Ego creavi fabrum, sufflantem in igne prunas, et producentem vas in opus suum: necnon illa alia eiusdem: Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, et in malleis formavit illud, et operatus est in brachio fortitudinis suae: quod d. Iosepho satis congruit: lima enim laboris continuo se torquetat in prunis; fabrilis opera sua exercebat, cum amore charitatis omnia inignret; ac tandem icibus, quibus herodianae persecutionis malleus acriter eum concussit, ob Christi defensionem valde oppressus fuit: quod si vera est horum Patrum sententia, convenit valde Christo Domino, eoadmodum fuisse Ioseph in ea arte, quoniam faber ferrarius tribus utitur ad suam artem, nempe aqua, igne, ac aere; Christus Dominus venit, ut emolliret ferrea hominum corda; atque ad ea emollienda, usus est aqua baptismi, igne amoris, ac flatu, quo Spiritum sanctum communicabat. Atque huc tendunt verba d. Hilarii, et Anselmi: nam ille ait: *Fabri erat hic filius, ferrum igne vincens, omnem saeculi virtutem iudicio decoquentis, massamque formantis in omne opus utilitatis humanae; hic autem in hunc modum loquitur: Paternae artis opprobrio eum laceant, qui recera filius erat fabri, quem summus fabricator omnium genuerat, et qui homines igne decoquit, dum eos in Spiritu sancto, et igne baptizat, qui et diversi generis vasa fabricata, in vasa irae, spiritus igne molliendo in misericordiae vasa commutat.* Sed et s. Petri Chrysologi aerea verba non praetermittat: *Dicebant, inquit, hic est fabri filius, ut arte eius arderet auctoritas, et deitatis nomen fabri nomine absconderetur: Christus erat fabri filius, sed illius, qui mundi fabricam fecit non malleo, sed praecepto, qui elementorum membra non ingenio, sed iussione compegit, qui massam saeculi non carbone, sed auctoritate constavit, qui solem non terreno igne, sed supremo calore succendit; haec ille. D. vero Ambrosius (super cap. 13. Matthei), docet Iosephum peritum fuisse in utraque arte ferraria, et lignaria, et in aliis pluribus: at d. Augustinus (de nativitate Domini) tradit, Iosephum non absque singulari mysterio fuisse fabrum caementarium, ut qui secundum divinum generationem filius erat illius, qui ex nihilo mundum fabricaverat, idem secundum genera-**

tionem humanam filius putaretur, et nominaretur fabri caementarii; maxime qui pulchram adeo domum, qualis est Ecclesia catholica, ab imis fundamentis usque ad lacunaria erat erecturus. Atque his consonant aerea verba, quae idem sanctus Doctor scripsit (serm. 1. infr. oct. Epiph.): sic enim ait: *Ioseph faber in terris patre putabatur Domini Salvatoris, nec ab hoc opere Deus, qui vere est Pater Domini nostri Iesu Christi, excluditur: nam est et ipse faber; ipse enim est artifex, qui huius mundi machinam non solum mirabili, sed etiam ineffabili potentia fabricavit; ipse artifex, qui in nostris moribus praecidit superflua, et opera utilia quaeque conservat.* Sed d. Thomas (super c. 13. Mat.) cum communiori, et receptiori sententia, quam etiam tradit historia orientalis, id referente Gratiano (lib. 2. cap.), docet Iosephum fuisse fabrum lignarium: quod tribus praecipue non incongruis rationibus stabiliri potest. Prima, quia ad quaerendum victum sibi, et uxori in itinere ad Aegyptum, et dum in ea commoratus esset, necnon in reditu in Iudaeam, ars fabrilis lignaria aptior erat, et paucioribus instrumentis ad eam exercendam indigebat, quam si faber ferrarius, aut caementarius fuisset. Secunda ratio, quia antiquissima consuetudo, et communi Ecclesiae consensu recepta satis confirmat, d. Iosephum fabrum lignarium fuisse, dum frequenter manu serram tenentem eum depingit, quod constat lignariae artis instrumentum esse. Tertia ratio, quia, si vera est sententia d. Bonaventurae (in med. vi. Chri.), Caietani (ad cap. 6. Marc), et aliorum, Christum Dominum in fabrilis officio non semel adjuvisse, ac ministrasse legali suo patri Iosepho, congruentius, ac decentius erant, artem illius fuisse lignariam, non ferrariam, aut caementariam, quibus manus, et facies necesse est frequenter spurcari, et maculari. Atque huc etiam facere arbitror locum illum Zachariae (cap. 1), ubi ait: *Levavi oculos meos, et vidi, et ecce quatuor cornua: nosse autem desideras, quae illa significarent, responsum accepit: Haec sunt cornua, quae ventilaverunt Iudam, et Israel: ne autem animo caderet, et expavesceret, continuo vidit fabros lignarios: Ostendit mihi Dominus quatuor fabros: ad confesum iterum interrogans: Quid isti veniunt facere? divinum oraculum audivit dicens: *Venerunt isti deterrere ea, ut deiciant cornua gentium: hoc est, ut tanquam periti fabri ferrae instrumenta illa per medium scandant: non secus, cum daemone, tanquam pestilentissimus draco expectaret virginem partum, ut cornibus potentiae industriae suae illum ventilaret, misit Deus fabrum quemdam nomine Iosephum, qui fortitudine virili, ac singulari saeva protectionis, ab infamia nota matrem liberaret, et desideratum eius partum a morte, quam herodiana saevitia ei inferre molebatur, eriperet. Cur autem Dominus fabri officio fungi voverit, mysterio non vacat significare enim vult, tum se tanquam supremum architectum missum esse a Patre ad fabricandam, et renovandam Ecclesiam catholicam: lignum namque crucis assumens, ferreis certe clavorum instrumentis, secundam arcam Noe, hoc est, militantem Ecclesiam con-**

struxit, in qua non velut in illa oculo animae, ut ait sacra Scriptura, sed innumera a divino ira inundantis diluvio salvae factae sunt. Unde, sicut aeterna Sapientia semper ante oculos habuit Mariam in aeterna praedestinatione, qua dispositus Ecclesiae fabricam, ut et ipsa testatur (Eccl. 24): *Cum eo eram cuncta componens*; sic eadem Sapientia Patri, Christus Dominus, a primo opere, quod fuit eius incarnatio, cum descendit de coelis in uterum Virginis matris usque ad ascensionem ad dexteram Patris, semper illam ante oculos habuit, et reparationis fabricam illi communicabat. Ac tandem, sicut architectus, ut opus suum perficeret, solet alios plures vocare fabros, qui ei inserviant, et adiutorium impendant, sic Christus Dominus, supremus Ecclesiae architectus, vocavit apostolos, evangelistas, confessores, in aedificationem militantis Ecclesiae, Apostolo dicente (1. Cor. 1): *Dei enim sumus adiutores.*

Verum, cum hoc loco de fabrilis arte s. Iosephi sermo incidit, non possum silentio praeterire, nam Christus Dominus illam exercerit, manuali opere Iosepho ministrando ad lucrandum sustentationem vitae. Permultos video graevos Doctores hanc sententiam sectantes: hi sunt s. Iustinus martyr (Dial. cum Triph.), ubi ait: *Christus faber esse putabatur; haec enim fabrilis opera, cum inter homines versaretur, aratra, et iuga faciebat: atque hinc pulsat nonnulli Christum Dominum ausam suspensisse, ut cum praedicaret, sub iugi, et aratri symbolo evangelicam legem promulgaret: Tollite iugum meum super vos, et: Nemo mitens manum ad aratrum, et aspiciens retro, aptus est regno Dei.* Card. Baronius illo d. dixit, Christum Dominum, iuxta illud, tractant fabrilis fabri, non semel iugi, et aratri exemplum adduxisse, ut constat ex Lucae 4. et Matth. 11. Lyranus etiam (in cap. 6. Marc) ait: *Probabile videtur, quod Christus eandem Iosephi artem exercuerit, quia non fuit occupatus in doctrina, et miraculis usque ad trigesimum annum; nec verosimile est, quod tanto tempore fuerit otiosus.* Deinde Card. Caietanus versans verba illa Marci: *Nonne est hic faber?* haec scripsit: *Habemus, unde satisfacti curiosi quaerentibus, quid fecerit Christus usque ad trigesimum annum; vacabat enim exercitio fabrilis: idem repetit 3. par. in principio quaest. 40. Ienturque eandem sententiam Abulensis (13. q. 81), et Carthusianus (Matth. 13); immo, et d. Bonaventura (in praec. mediat. vit. Christ.): favelle videtur (super Matthei lib. 6. cap. 3.) de quodam idro christiano referi, qui a quodam idololatra ex opprobrio interrogatus: *quid facit nunc fabrus fabri?* ipse perlepidè respondit: *fecerum fabricat vestro Iuliano imperatori.* Sed pace dixerim tantorum Doctorem, licet non arbitrer inconveniens admittere, una, vel altera vice, immo, et pluribus Christum Dominum Iosepho, dum domi propriae solus operaretur, inservisse, eique ministrasse, ut qui postea dixit (Matth. 20): *Non enim ministravi, sed ministrare: nullum etiam incommodum putem;* ut sicut Plinius, tanquam eximium favorem famoso illi pictori, Apelles, ab Alexandro exhibi-*

tam commemorat, quod non semel ille ad eius officium diverleret, ut videret eum pingentem; ita Christum Dominum non semel hoc favore Iosephum putativum patrem suum prosequuntur fuisse arbitror, ut illum, fabrillem artem exercentem, non solum conspiceret, ut Alexander, sed adjuvaret, eandem cum illo artem exercent; ut clare indicent verba d. Marci (c. 6): *Nonne hic est faber Filius Mariae?* Tamen duo quae a praedictis Doctoribus docentur, minime gentium credam; primum est, Christum Dominum fabrillem artem exercentem, aut tecta conspiciendo, aut simul cum aliis fabris indecore sapissime confabulantibus, ligna dolasse; haec enim audire, aut his interesse, cum valde dedecere gravitatem, ac modestiam Christi Domini, longe ab eo sunt regenda. Secundum, quod valde execror in sententia Lyrani, et aliorum, illud sane est, quod fabrillem Iosephi artem Christum Dominum exercentem contendant, ne otiosus tanto tempore exlisset: eum enim Christus Dominus, non solum in quantum comprehensor per visionem beatificam, sed in quantum viator per scientiam divinitus ei infusam, altissimum contemplationis gradum semper attingeret, nullo modo dici poterit otiosus, quantumvis ab omni exteriori operatione cessasset. Frustra ergo hi Doctores ad removendam otiositatem a Christo Domino, fabrillem putativi patris sui occupationem illi tribuunt. Frustra etiam illam colligit Card. Caietanus ex verbis illis d. Marci (c. 6): *Nonne hic faber?* Nam, ut d. Augustinus docuit (lib. 2. de conse. Evangel.), eo Iudaei fabrum credebant esse Christum, quo fabri filium: non ergo, quia fabrillem artem ex officio exerceat: vel forte Pharisei, ut contemnerent illum, fabrum appellabant, quasi magis ad illum fabrilis ars, quam sacra legis doctrina pertineret. Atque hinc colligo, idque fabrillem artem non parum extollit, quod cum Christus Dominus privatim illam exerceat, certe scient natura humana non potuit altius eveli, quam ut assumeretur a Verbo divino ad propriam hypostasim; ita non potuit fabrillem officium illius descendere, aut dignitas honorari, quam ut Filius Dei, qui *fabricatus est aurorum, et solem, illud exercuerit*, divinaeque suae personae hypostatice unione mediate, ut loquuntur theologi, illud copularerit, quo nihil excellentius dici potest. Unde, si eo officia, et munera reipublicae pluris habentur, quo digniores primates, ac illustriores, et clariores principes ea exercent, sane fabrillem officium in republica christiana omnium honorificentius censeri oportebit, cum illud aeterni Patris Filii assumens, per plures annos exercuerit: licet enim illud per se vile sit, et humile, postquam tamen Christus Dominus aeternus Patris Filius eo functus est, adeo illud extulisse opinor, ut nullum quantumcumque honorificum officium illi valeat comparari. Illud tamen quispiam non immerito percontabitur, qua ratione, si Ioseph, ut supra vidimus, ex regia Davidis prospacia originem ducebat, vilem, ac humilem fabrillem artem exercebat. Respondeo, id esse manifestum mundi volubilitatis argu-

mentum, ut ex fabro fiat rex, et ex rege faber. De Dionysio rege Siciliae potestissimum, quem terra, et mare perlimescebat, narrat Valerius Maximus (lib. 6), adeo ab ea imperiali dignitate cecidisse, ut magister puerorum factus, eos docens, victum quaereret Corinthiis: contra vero d. Antoninus (1. par. hist.), et Plutarchus (in suis *Apophteg.*) refert, Agathoclem, figuli cuiusdam filium, regnum Siciliae adeptum fuisse, et immane bellum adversus Carthaginienses gessisse: ecce impletum, quod David (Psal. 74) cecinit: *Hunc humiliat, et hunc exaltat*: unde Salomon dixit (Eccles. 4.): *Quod de carcere, catenisque interdum qui egrediatur ad regnum, et alius natus in regno inopia consumatur*: ut contigit Iosepho, qui ex carcere Paphiar, in quem infeliciter fuerat detrusus, eductus fuit, ut Aegypti prorex esset; ad quod alludens Sapiens (c. 10) dixit: *In vineis non dereliquit illum, donec offerret illi sceptrum regni*: e contra vero Sedechias, qui filius regis erat, et lamquam rex undecim annis in Ierusalem regnarat, postea captivus ductus est in Babyloniam, ubi ambo oculi ei fuerunt eruti: ecce reges duos, quorum primus ex captivo rex, alter ex rege captivus prodiit: si ergo tanta in eadem persona status deformitas, ac conditionis inaequalitas accidit; nihil mirandum est, si ex eadem familia alter rex, et alter faber prodeat.

Ah haec, ut humanae conditionis, cunctarumque rerum huius saeculi summa instabilitas, ac mobilitas clarius nobis innotesceret, d. Paulus absque ulla exceptione dixit (Rom. 8): *Mutationi subiecta est omnis creatura*: et merito quidem, nam sive elementa, sive animantia rationis expertia, sive homines, sive coelos, sive astra, sive angelicos spiritus perpendamus, omnia illa mutationi obnoxia esse, facile compremimus: terra non semel tremat; mare frequenter variis procellis conturbatur; aer ventorum flatibus saepissime inficitur; animantia hodie oriuntur, et cras intereunt; homines arbitrii libertate praediti, instar folii, quod a vento rapitur, mobiles se experientur; coeli moveri nunquam desinunt; sol, et luna, omnium pulcherrima astra, eclipis mutationem certis temporibus patiuntur; stellarum quasdam constat erraticas esse, alias vero, quas fixas vocant, ad motum coeli moveri astrologia docet; ac tandem spiritus angelici, qui omnium firmiores, et stabiliores esse videbantur, mutationi adeo se subiecit agnosceimus, ut multi eorum ex pulcherrimis angelis facti fuerint foedissimi, ac terribissimi daemones. Quod si ad vicissitudinem regnorum, ac miram eorum instabilitatem oculorum aciem converterimus, noone videbimus Assyrios per mille, et quingentos annos regnantes a Medis facile expugnatos, deinde Medos a Persis devictos, ac postmodum Persas, ut salem in aqua, evanuisse? certe nullum regnum israelitico stabilius, nulla imperii israelitici prosperitas diuturnior, ac firmior esse videbatur, cum Deus ipse illius gentis specialem curam gereret, et inter eos propriam domum aedificasset, illamque inhabitaret, et nihilominus tamen mutationis immunis minime fuit. Abraham enim

pauper peregrinus, et a propria domo exul factus, cum ad regalem curiam regis Abimelech accederet, tot, ac tam fortunatis successibus frui coepit, ut quinque reges accerrime expugnatos, gloriosam de illis victoriam reportaret; haec tamen felicitas nonnisi ad quosdam eius nepotes devenit: nam cum genus eius usque ad Iesse propagaretur, qui alio nomine Isai nuncupabatur, adeo illa maiorum suorum prosperitas diminuta est, ut filius eius David oves in agro custodiret, ipso id attestante (Psal. 77): *De past. foetantes accepit eum*: fortunae laemen rota, si ita fas est loqui, continuo se movente, ad regiae dignitatis culmen evertens fuit, et pastoris agrestem pileum, et humilem baculum in regiam coronam, ac splendidum sceptrum commulavit. Sed postmodum eadem rota in diversa, et adversa se volente, illa eadem prosperitas tantam sustinuit laturam, ut ad abiectum fabrillem munus exercendum, in Iosepho fabro lignario ex davidica stirpe originem trahente descenderet. Unde faecle quidam fabulanti sunt Iovem, quem decepta gentilitas tamquam Deum colebat, nihil aliud in coelo faciliare, quam varis in hunc mundum scailis militare, ut hoc symbolo inuenerent, nihil in eo frequentius exerceri, quam ascensum, et descensum, quibus rerum humanarum conditio nunc incrementum, nunc decrementum suscipit. Sed id observatione dignus est, quod ipsum humanae gloriae incrementum quoddam decrementum est, ac ascensus ipse descensus quidem esse noscitur, ut egregie adnotavit Psalographus (Psal. 72) dicens: *Deiecit eos, dum alleverant, non dixit: deiecit eos, postquam alleverati sunt, sed dum alleverantur*: quia permulti cum primum dignitatis fastigium ascendunt, continuo descendere, et instar laeae plenae decrescere incipiunt, adeo ut exaltatio ipsa ruina quaedam sit, qua dum gloria falsa subnixi sunt, a gloria vera evanescunt. Ad idem etiam alludunt verba eiusdem Davidis, dum ait (Psal. 36): *Deficientes, quemadmodum fumus deficient*: sicut enim fumus ascendendo deficit, ac se se dilatando penitus evanescit; ita felicitas conditionis humanae quo alius extollitur, infelicis decidit: quod sane probe agnoscens d. Gregorius (l. 17. moral. c. 5) dixit: *Carnalis gloria, dum nitet, cadit; dum apud se extollitur, repente intercepta sine terminatur*: et postmodum subiecit: *Ad nubila fumus attollitur, sed repente in nihilum tumescendo dissipatur*. Consuevere irrisperiti duplicia bona distinguere; quaedam bona mobilia; alia bona immobilia, seu radices appellant: at, si rem altius, quam illi perpendamus, profecto in mundo nullam radices bonum adest; omnia sunt mobilia, ut recte cecinit Hidelbertus episcopus, id referente d. Antonino (2. p. hist. tit. 16. cap. 9):

Heu mihi! nulla fides, nulla est constantia rebus.  
Res ipsae quid sint, mobilitate docent.  
Cuncta sub ancipiti pendunt mortalia casu,  
Et spondent propria mobilitate fugam.

Recte ergo d. Paulus dixit (Rom. 8): *Mutationi subiecta est omnis creatura*. Tandem illud in

haec humanae conditionis inconstantia, et mobilitate silentio minime praeteribo, quod frequentior est motus a felicitate in infelicitatem, quam e contra: nam mundus, iuxta Archirichii sententiam, *primum bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc, quod deterius est, si enim ille quidpiam boni vini habet, id initio convivii propinat, ut miseros inebriet convivas, in finem amarissimas reservans foeces*. Epulabatur quotidie splendide dives ille, cuius Lucas meminit; initio convivii propinavit illi mundus suavissimum vinum, in fine vero acerbissima tormenta, sicutque amarissimum reservavit: unde illud Abrahami responsum: *Recordare, quia receperis bona in vita tua, nunc autem cruciaris*: *Recepisti bona in vita tua, hoc est: omnis homo primum bonum vinum ponit: nunc autem cruciaris, hoc est: et cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est*. Vide, quam bonum vinum primum Assuecru rex posuerit Aman (Esther. 3): *Rex exaltavit Aman, etc. et posuit solum eius super omnes principes, quos habebat; cunctique servi regis, qui in foribus palatii versabantur, flectebant genua, et adorabant Aman* etc: ecce vinum suavissimum in principio epuli; finem expecta: *Suspensus est Aman in patibulo, quod paraverat Mardechoo*; quamvis foeces amariore patibulo potuisset miserissimum Aman post vinum suavissimum bibere? Laetissima sunt flumina amoenissimis undique ripis, praeusque circumdata, sed, ut Ecclesiastes ait (cap. 1): *Omnia intrant in mare*: quemadmodum flumina laetissimorum fluvii, amarissimum mare est; ita laetissimi vini, quod mundus propinat, finis, amarissimae sunt foeces: *Ne intuearis vinum, aut sapientissimum Salomon (Proverb. 23), quando flavescit, cum splenderit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in novissimo mordebit, ut coluber; et sicut regulus, idest basiliscus, venena diffundit; hoc est: Cave tibi a mundi vino, inani scilicet eius gloria, quae splendet, ac flavescit, sed vase vitreo continetur, vita, nempe, quae vitri instar, facile frangitur, ne manum porrigas huic vino; blande enim ingreditur, et suave est gutturi, at finem attende: In novissimo mordebit, ut coluber; et sicut basiliscus venenum toto animo, corporeque diffundit: ita initio dulcis illa est, ac suavis, in fine vero coluber, et basiliscus. Tu ne respice initii dulcedinem; aspice, si sapiis, finis amaritudinem, et inanis gloriae, ac fallacis huius saeculi pompae splendorem despicere, ne amaro, instar asynthidi, eius fine te in hoc, et in futuro saeculo exercuari contingat, claraque Dei visione privari, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*